Excuſatur ſilenciū ⁊ petitur ſcriptio.

Amicicias/conſtancia firmas /loco ſalutis. Caritas nun/
cioꝝ /cariſſime vir/me vti ſilencio longo coegit. hoc tamen
latore aſpecto /ceſſare a ſcribendo nō potui .ne/nō ſolū tuo
ſed etiam meo deſiderio negarem. quod me videbam officio
veteris amoris debere. Velim tibi perſuadeas .animum er/
ga te meum immutare non poſſe nā neqꝫ tu cōmittis vt mu/
tari oportet .neqꝫ his ſum /qui amiciciam ſine cauſa diſſol/
uam Tenax amicorum ſum. tarde tamen in amiciciam venio
ſed recedo tardius nec ſoleo amiciciam ſemel partam dirum
pere. vel (vt proprius verba tulij attingam) nec eluere. diſſu
ere vel diſcindere. vel veterem amorem nouo amore/vt cla/
uum clauo expellere. Non facit interuallum loci / amicoruꝫ
animos diſſidere. Non ſemper cum amico preſentem eſſe li/
cet. non ſemper decet non ſemper expedit. non ſemper oportꝫ
Sed litteris inter abſentes ymago refulget preſencie/qbus
animum cū amico miſcemus. Quare rogo interludamus fre
quenter epiſtolis /quarum eiuſmodi vſus eſt. vt locis diſiū/
cti/iungātur affectu/ijſideqꝫ amicicia cepta quaſi firmis an
choris contineatur. Finem do vale. ſomnus em̄ inuadit ocu/
los/⁊ digitos meos pendulos reddit. ⁊ calami male tenaceſ
puluinar me vocat daturum obliuia curis

Reſponſio cū petitione ꝙ valitudini intendat

Suauiores omi dulcore ſalutes Litteris tuis popoſciſti/
ꝙ frequenter ſcriberem .id futurum polliceor. ne tibi negem
quod poſtulas ne quoqꝫ immutem quod iam diu mihi iuſū
fuit. Tam fortis em̄ mihi ſemper amicicie nexus fuit .quem
non facile vlla diſſolutione ſeiūgi poſſe concedam. Neqꝫ va/
nus fuero ciceronis auditor. qui precepit cunctis rebus ami
ciciam anteponi debere. quam e vita hominū dēmere (idem)
exiſtimat. ac ſolem emūdo tollere. Hanc igitur velim in me
altius infuſam exiſtimes. qꝫ poſſit ex abſencia euolare Inani
mis em̄ amiciciarum ſedes eſt .qui animi in vera amicicia/
etſi corpora diſtant .diſtare non poſſunt. cum ſibi ſeſe ſic mi/
ſceant vt vnus fiant. Ceterum audiui vnde non parum do
lui. te ſubegrotum eſſe. Hic hic rogare me amor impellit vt eo
amplius tue ſanitati intendas. quo plures amicos optimos

habes.quos tua bona valitudine velis reddere conſolatos
inter quos me letiſſimum dabis.qui tuaꝫ optimam ſoſpita/
tem non minus libenter audiam.q̃ ſenciam meam. Viuito
letus veteriſq; noſtri amoris/quo diſtácior eo tenacior eſto
Ex pariſius ſeptembris viceſima octaua.tarde dum ſuaſerãt
cadencia ſidera ſomnos

Mittuntur amico capones

Salutes tam abundans /vt ſaccos repleant.ſportas ⁊ bi/
gas. Mitto tibi capones ſex bene caudatos /⁊ iudicio meo
perpulcros/⁊ ſi forte hoc te magis iuuat etiã pingues Tue
erit bonitatis non doni valorem /ſed mittentis affectuꝫ põ
derare Quanq̃ eñ munuſculum paruum ſit id tamen offert
leta manus /⁊ magna voluntas. Et ſi quid ex me vis.incli/
no humeros/ſibi a te faſciculum imponi expectantis . Tu
ſaluus viue.valeq; beatus

Reſponſio ad epl'aꝫ p̃dictam

Salutes multas cum dilectionis ardore . Dum feſſa mẽbra
lectus/⁊ laſſus puluinar aures confouere cepiſſet.altus quo
q; ſomnus me oppreſſerat Ecce pulſat ad valuas inſultat.cla
mitat nuncius tuus offertq;/mox intromiſſus/munera tua
que leto vultu duplicauit. Qui ſtatim vt venit regredi volu
it.quo deſiderio meo abſtraxit.quod tuis iuſſibus addidit.
Sed ea longe magis adauxit epiſtole tue dulciſſimus ſon⁹
qui aures plus reficit meas /q̃ ſibilantis aure nautas molli
or procella delectant. Habeo tibi oblati muneris grãs mul
tas. Sed maxime vellem q̈ munerum contractior/ ſed litte
rarum liberalior eſſes .que mox viſe cor meum rapiunt.dul/
ci ſermone diſerte. Uale ad lectum rurſus me vocat ſopife/
ra nox /longe p̄ouecta cadunt palpebre. digitus elabitur pẽ
na.patiuntur nam oculi mira grauitate ſoporem.

Scribit vniuerſitas ad ꝯſiliũ p̃ p̃uilegioꝝ tuitiõe

Premiſſa recommendatione decenti /ac debita Viri egregij
dñi/aiciq; noſtri cariſſimi/mittimus iã nũc ad p̃ñciaꝫ dña
tionũ veſtraꝝ venerabilem viꝝ dilectum noſtruꝫ atq; fidelẽ
p̃ñciũ exhibitorẽ /noſtra ex parte pleniſſime informatũ/ oc
caſione cuiuſdam edicti /autoritate ſereniſſimi noſtri p̃nci/
pis ſuper feudis nouiter emanati/rogantes prece validiori